



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Apollinis Judicium politicum in Monteparnasso Contra
Monarchiae sectatores**

Boccalini, Traiano

Messinae, 1671

Boccatius spoliatur à Salviato.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13233

maximo cum danno vestro experie-
mini , eos in armis fore Rulandos Pa-
latinatos , ubi persuasum maxime fue-
rit , eos asinos ad fustigandum esse red-
ditos.

Boccatius spoliatur à Salviato.

Leonardus Salviatus , homo quan-
tum hæc tempora , & hodierna Tu-
scorū conditio ferat , satis in bonis lite-
ris versatus , ante duos circiter dies , rem
ab omnibus viris egregiis improbatam
commisit . Siquidem hora noctis secun-
da cum ad caput fori maximi contume-
lia affecisset excellentissimū Dominum
Boccatum : multis eundem verberibus
excepit . Quibus eum adeo dehonestata-
vit , laceravitq ; , ut intimi amicissimi q ;
ejus domestici , eo postea viso , prorsus
negarint , se agnoscere veterem illum
Boccatum venustissimum antea homi-
nem longeque pulcherrimum . Infinitis
modis id delictū aggravavit , quod nulla
ab eo accepta injuria id commiserit ; sed

E 4 dun-

duntaxat rogatu Iuntarum , typog-
phorum in urbe Florentina, acceptis
iis viginti quinque Scutatis , pro audi-
ramento ejus facinoris. Adeo ut equi
ille Leonardus Salviatus, homo tam
signi familia oriundus , hoc mane in
stris palam latro publicus, & manifes-
tit proclamatus.

*Apollo statuit reformare excellente.
Parnassiviros.*

AD cohibenda turpia & creb-
phantasmata , quæ indies divulga-
bantur ab effrenibus adflatorum po-
tarum ingeniis , Apollo operæ preciu-
se facturum putavit , si promulgari
acre aliquod & severum edictum , ad
versus præcipuos quosque hujus impo-
rii viros , ac peculiariter contra poëta
Italos. Qua occasione plurimam esti-
mitata nimia autoritas , quam sibilice-
tia adsciverat poetica. Imo parum ab-
fuit , quin restricta fuisset ad terminos
juris